ſibi illa te ob mariti cum impudicis mulieribus concubitum eo caſu non amittit.

109 Item adde, † quod mulier etiam perdit dotem, ſi poſt mortem mariti agit vitam in honeſtam de rigore, ſecus de æquitate; perdit etiam paraphernalia, & lucra quæcunque de bonis mariti prouenientia, & donationem ei factam per maritum, etiamſi, in donatione nō ſit additum, quòd caſtè viuat, Ioan. Lup. in repet. rub. de donat. inter vir. & vx. colum. 370. §. 67. num. 4. & in d. rub. col. 3. §. 11. num. 5. Perdit etiam tutelam filiorum, Ioan. de Garon. in authen. eiuſdem numero decimonono, & uigeſimo C. de ſecund. nupt. Boer. deciſ. 338.

110 numero duodecimo. † priuatur etiam, luxurioſè viuens, infra annum luctus, vel poſt, ſucceſſione bonorum a patre, filijs decendentibus poſt pubertatem; decentibus verò ante pubertatem, non priuatur, nec priuatur ſucceſſione bonorum, per filios aliunde acquiſitorum, quam ex bonis patris, etiamſi meretricetur, Paul. de Caſtr. in l. omnem, C. ad Terrul. Bal. in margar. in verb. mater. & Ioan de Garron. in authen. ex teſtamento. C. de ſecund. nupt. numero 30. & Marſil. in ſingul. 688. Sed Alciat. in præſumpt. 9. reg. ſecundo tenet, quod fornicans vltra tempus luctus non incidat in illas

111 pœnas, ibi † etiam tenet, viduam non perdere dotem; & ad iſtam quæſtionem an perdat dotē vidua propter ſtuprum, vide etiam Couar. in 4. decret. part. 2. cap. 7 num. 10. & 11. & vide, quæ poſui infra in §. ſtuprum, in verſ. ſed nunquid.

112 Item † adde, quod ſimiliter perdit legata, ſibi a marito facta, etiam ſi virum dehoneſtaſſet intra annum luctus, cum præſumatur idem feciſſe, durante matrimonio. Ruyn. conſ. 155. n. 1. volum. 4. Rolan. conſi. 86. nu. 35. & deciſione Pedemont. 77. in fin. & Bott. conſil. 17. nu. 2. *Biard.*

c *Sicas quod etiam mulier.* Vide Crau. contrarium tenentem in Vidua commitente ſtuprum, vt dotem non amitrat. conſ. 205. num. 24. verſ. nono, poſito. *Drog.*

* Hic cadit pulcherrima dubitatio † de matre, quæ propter

113 adulteri crimen commiſſum dotem perdidit, an a filijs alimenta ſuſcipere debeat. Circha quam vi. & dic vt per Oſaſc. eius deciſ. 124. *Giach.*

quæ ex nullitate matrimonij deinde declarat excuſari non debet[b], *ſaltem poſtquam iam ſuper ipſa dotis priuatione fuit pronunciatum.*

15 *Adde, quòd propter adulterium vxor non modò amittit dotem, ſed etiam bona paraphernalia, ita tenuit glo. in d. c. plerunque, in verbo, Dotalium. Et eſt communis opin. vt atteſtatur Boer. deciſion. 338. numer. 2. Didacus in loco præallegato, numer. 2. Bermon. in loco præallegato, fol. 46. numer. 49. Pariter etiam maritus commitens adulterium, punitur & ipſe in donatione propter nuptias, quam vxor eo caſu lucratur. ita tenet gl. in capit. 1. in glo. 1. vt lite non conteſtata. Et eſt communis opin. vt dicit Bermon. in loco præal. numero 56. & ſeq.*

16 *Scias etiam, quòd mulier amittit, dotem non ſolum propter adulterium, ſed etiam propter ſolum oſculum alteri viro, quàm marito datum, vel quia ille ſibi manus ad mamillas poſuit. ita tenet Bald. in capitul. tuæ, num. 4. de procur. Et eſt communis opinio. vt dicit Bello in rubr. C. de eodē, do, num. 81. quem refert Dida. in loco præallegato, num 3. Cum enim adulterium ſit*[d] *difficilis probationis, & oſcula dicantur proxima*[e] *& ferè immediata præparatoria adulterij, optime ſtatutum eſt vt mulier eo ipſo, quod conuincitur oſculum amatori dediſſe dicatur etiam de adulterio conuicta.*[e] *Quod intellige, vt procedat non modò quantum ad proceſſum ciuilem, ſed etiam ad puniendum eam criminaliter de adulterio. Et hoc dicit eſſe de mente omnium Ant. Gomeſ. ſuper d. l. 80. Tauri. num. 50. quam tamen opin. ego non ſequerer in iudicando ad imponendam pœnam ordinariam delicti: & multi etiam contra Bald. tenuerunt quorum opin. communem eße atteſtatur Cero. in rubr. de iudic. nu. 22. quem refert Do. Aoto. de Padilla in l. tranſigere, num. 87. de tranſact.*

17 f *Facta autem thori ſeparatione propter vxoris adulterium, tenetur nihilomnus maritus* g *illam alere. Et ita tenent communiter Doctor. vt ait Card. Alex. in cap. ex parte col. fi. verſ. ſed operæ pretium de ſponſalib. Licet enim vxor ſit adultera, non propterea deſinit eſſe vxor, etiam poſt thori ſeparationem. c. 2. de diuor. Tenetur etiam maritus caſtitatem ſeruare: aliàs ſi fornicetur, tenetur ipſam vxorem iterum in conſortium admittere. Et eſt communis opinio, vt dicit Abb. in dicto c. ex litteris, num. 11. de diuortij. Et ad hoc cogi poteſt non ſolum officio iudicis, ſed etiam ad actionem ipſius tenetur vxoris. Et ita communiter vt dicit Felin. in cap. lator poſt num. 9. verſ. limita, 2. de reiudica. Didacus in loco præallegato, numer. 5.*

18 h *Caueat etiam maritus, ſciens vxorem eſſe adulteram, ſe cum ea carnaliter commiſceat: nam ex eo videtur illi adulterium remiſiſſe. ita tenent gl. in capitul. fin. in glo. vnica, de adult. quam dicit ab omnibus receptam Didac. in loco præallegat. num. 7. Cenſetur. num. ex hoc*

113 c *Scias etiam.* Adde † circa iſtam quæſtionem Bolognetum in rubr. de eden. numero 2. cum ſequent. vbi latiſſimè, & per Viu. opin. 1060. quæſt. vlt. num. 5. cum ſequen.

114 Item † adde, quòd in ciuitate Neap. mulier deoſculata, quæ deoſculationi conſenſerit, nedum ipſo facto perdit omnes dotes, ſi quas habet, vel habitura eſſet ſed etiam paterna, maternaque ſucceſſione irreuocabiliter ſpoliatur, & nullus pro ea intercedere poteſt, alias punitur, ita prouiſum fuit per capitul. Regni 262. incip. vt ſine mortalis, ſub rubr. de rapt. uirg. ſub colo. matrimo. dicens, quod mulieres ſæpius amandi materiam amantibus ſuis nutu, & actibus dare ſolent, cum nullus vnquam credatur eſſe adeo impudicus amator, ut amare non deſimat eam, quæ recuſat amari.

d *Cum enim adulterium.*

116 Adde, † quòd ex ſolo oſculo non præſumitur adulterium, vbi poſt deoſculationem ſe viciſſim deoſculantes ſtatim receſſerint, ut per Ruyn. in conſilio 162. numero quarto, uolum. quarto, ſed de hoc d. ualde dubito, quia mihi uidetur, quòd ſit nimium ſubtile, negari enim non poteſt, quod inter deoſculantes maxima non ſit amicitia.

e *Quod intellige.* Adde

127 † quòd Menoch. in conſil. 61. tenet, quod probatur adulterium cōiecturus, & præſumptionibus a iure receptis? etiā quando criminaliter procedit. Et uide, quæ poſui ſupra in verſi. item quæro.

f *Facta autem thori.* Ad-

118 de, † quòd maritus non tenetur eam alimentare, ſi in illa uitæ turpitudine luxurioſè uitam agendo perſtiterit; ſecùs autem, ſi ad meliorem uitam rediret, & de commiſſo delicto ſe pœnituiſſet, per ea, quæ tradit Oſaſc. in deciſione 124. vbi concludit, filios teneri ad præſtandum alimenta matri propter adulterium ad amiſſionem dotis condemnatæ, cum hac tamen diſtinctione.

119 Item † adde, quòd nec etiam poteſt maritus ea viuente, aliam accipere uxorem, Didac. in loco hic citato num. 13. ubi latè hanc quæſtionem examinauit. *Baiard.*

g *Illam alere.* Contra Crauet. in conſilio 280. col. 1. *Giach.*

120 h *Caueat etiam maritus.* Adde † quod maritus recipiens uxorem dicitur approbare ipſius uxoris mores, non præteritos duntaxat, ſed etiam futuros, ſecundum Ang.

Ang. de malef. in verſ. *Che hai adulterato* ſub num. 49. verſ. quarto opponitur, ſed Auguſt. ibi num 50. tenet contrarium,

121 quoad mores futurcs, etiam quod maritus † expreis è per pactum iuratum promitteret, mulierem de adulterio futuro nō accuſare; quia ta i pactum non ualeret, in quamtum venit contra publicam vtilitatem; & non obſtante tali pacto iurato poſſet accuſare; bene valeret, quoad id, quod mariti priuatam contineret vtilitatem. Et etiam contra Ang. tenet Laurent. Rodulph. caut. 6. nume. 87. cum ſequen.

122 Idem † adde, quòd ſi vxori adulteræ parcat maritus ea conuentione vt pęnes eū maneat bonorum lucrum, talis cōuentio non valeret, Io. Lop. in repetit. rub. c per veſtras, §. 24. nu 24. fol. 55. de donat. int. vir. & vxor.

123 Item † adde, quòd ſi vxor paſſa fuerit cognoſci a marito, cenſetur iniuriam remiſiſſe, nec poterit agi de adulterio, Bertazol. conſ. 228. num. 12. vol. 1.

124 Item † adde, quod maritus, ſciens, & non accuſans vxorem de adulterio dicitur leno, & pœnam lenocinij incurrit, l. crimen la 1. C. de Adul. & Franc. Marci. in deciſ. 514. num. 2 Hoc tamen locum non habere in marito irultum catholico, & vitæ ſanctæ, quod viam Chriſti vellet imitari, hoc eſt, retribuere malum pro bono, & pro crucifigentibus orare, Socin. in c. de his num. 45 de accuſat.

125 *Et hæc quidem adulterio.*] Adde, † quòd non perdit dotē in præiudicium patris, Bal. in l. ſi dotem C. de Iure dot & eſt communis opi. Alex. in l. 2. §. quid ſi col. 1. ff ſol. mat. & Ceph. conſil. 265. nu. 30.

Item adde, quòd nec etiam perdit dotem in præiudicium filiorum, quia ad eos ſpectat, etiam quod ſint filij primi matrimonij, Io Lopes in reb. de donat. inter vir. & uxor. num. 4. Et hoc procedit, etiamſi extaret ſtatutum, quòd ſi vxor adulterium committit, maritus lucretur dotem; quia tunc etiam ſpectat ad filios primi mariti, ſecundum Bald. in l. hac edictali, colu. 3. C. de ſecund. nupt. Crem. ſing. 87. & Carer. in pract. §. homicidium il 6. nu. 257.

126 Item † adde, an exceptio adulterij poſſit opponi per hæredes mariti, quando maritus viuens conqueſtus non fuit, Gabr. libr. 7. concl. 35. nu 8 verſ. ex prima commu. opin & de matre adultera, filio ei dotem negante, & de adulterio excipiente, Marſ. de Fideiuſſ. num. 154. & Menoch conſ. 31. per

127 totum: uide † et iam Franch. in deciſ. 240. uol. 2. ubi tenet, quòd ius accuſandi de adulterio tranſit ad hæredes extraneos ſtante conqueſtu uiri eius in uita.

128 Item † adde, quòd non tollitur ius accuſandi, ſiue excipiendi de adulterio, etiam quòd contraxiſſet matrimonium cum eo, cum quo tempore primi mariti cōmiſiſſet adulteriū l. cōmiſſum, C. de adulter. Girla. de pę. omnis. coit. c. 9. n. 17. *B.*

mores ſuos approbaſſe. Quinimò vir, qui rem habet cum vxore adultera, nō facta prius pœnitentiam, peccat mortaliter, vt notatur in cap. coniugio. 32. q. 1. Sed certè adulteri hodie ad hoc non aduertunt: & male, vt dicit Bertach. in ſuo reper. in verbo, Adulter. num. 3.

141 *Et hæc quidem de adulterio criminaliter iudicum deducto ſufficiant. Ceterum an*

19 *vxor committens adulterium amittat dotem in præiudicum etiam patris, & filiorum ſuorum, & quamdiu** *hæc exceptio adulterij in dotis repetitione opponi poſſit, & contra quas perſonas, & an neceſſe ſit, quòd maritus prius iudiciū criminale propſuerit, cum hęc omnia magis iudicium ciuile, quam criminale reſpicere videantur, ſuo loco tractauimus ſupra libro proximo. §. Dos.*

146 l *Vnum tamen volo, vt ſcias, quòd licet regulariter crimina non præſcribantur mi*

20 *nori temporis ſpatio, quam viginti annorum, vt dixi infrà hoc eo libr. §. fin. quęſt. 51. circa princ. nihilominus accuſatio adulterij præſcribitur quinquennio, vt eſt tex. in l. mariti, §. hoc quinquennium. ff. de adulter. Et ita in facti contingentia iudicatum fuiſſe refert Papo libro 24. titul. 2. arrecto 2. Quod intellige, vt procedat in ſimplici adulterio: ſecus autem in adulterio cum inceſtu, illud enim non præſcribitur minori ſpatio, quam viginti annorum, prout & certera crimina, de quibus dixi in loco præallegato.*

K *Filiorum ſuorum.*] Quid ſi habeat filios ex primo marito, deinde vxor trāſeat ad ſecundas nuptias, cui applicabitur dos propter adulterium, marito vigore ſtatuti? an filijs? quod filijs, vide per Franc. Cremen. ſing. mihi 87. Arno. Problema 27. quod & notandum eſſe inquit Carer. in pract. crim §. Homic. 6. nu. 252. *Giach.*

Et quandiu hæc exceptio.] Adulterij exceptio quando, & per quos opponatur; ſi dotem repetant. Farinac. d. q. 142. par. 2. nu. 113. par. 1. nn. 26. & 59. & 60. uſque 68. *Roſ.*

Quandiu. Adde quòd exceptio adulterij. contra mulierem repetentē dotem, durat in perpetuum, ſecundum Balb. in tract. præſcrip. 4. part. q. 2. num. 9. *Guiot.*

Vnum tamē volo, vt

9 *ſcias.*] Adde, † quòd iſtud quinquenniū procedit reſpectu adulter accuſandi; ſed reſpectu adulteræ tollitur hoc crimen ſpatio ſex menſiū utilium, quorum duo dantur marito, ut accuſet iure mariti, & quatuor, ut ipſe, & quilibet poſſit accuſare iure extranei, ita declarat gloſ. in l. adul. C. de adul. dummodò dicti ſex menſes utiles non excedant quinquenninm quo adulter præſcribit, ut dicit gloſſ.

Item adde, quod quinquennium incipit currere, non à prima vice commiſſa adulterij, ſed ab vltima ſecundum veriorem & magis communem opinionem, de qua atteſtatur Ang. de Caſtr. in conſil 94. num. 10. vol. 1. inter conſ crim. diuerſ. paruæ impreſſionis & idem habetur infra in q. 51. verſic. ſed hic quæro.

Item adde, quod Ius accuſandi præſcribitur ſpatio ſexaginta dierum, quoties accuſatur vxor Iure mariti contra maritū & dicti dies ſunt vtiles, l. Iure mariti, C. de adult.

130 Item † adde, quòd licet accuſatio adulterij ſit quinquennalis; excipiendi tamen poteſtas eſt perpetua; eſt magis communis opin. vt per Alex in l. cum mulier col fin ff. ſolut. matr. & Balb de præſcript. 4 par prin quæſt. 2. nu. 9. Menoch. conſ. 31. nu. 15. & 34. & Bott. conſil. 17 nu. 9

131 Item † adde, quòd adulterium ſpatio quinquennij, quoad pænam temporalem præſcribitur, non autem quoad ſpiritualem; quia maritus, etiam elapſo dicto tempore poteſt petere ſeparationem thori ſecundum Crauet. de antiq temp par. 4. ſectione, materia iſta ſingularis Teſtium, num. 88.

132 Item † adde, quod adulterium, & etiam ſtuprum, inceſtus, leocinium, & ſimilia, quę a lege Iulia de adulterijs puniuntur, quinquennio præſcribantur hoc autem non procedit, quando per vim committuntur, Afflict in tit qui ſint regalia, § condēnatorum numer. 14. in viſib Feud. Marſil. in leg. qui falſum. §. accuſatio, numer. quart. & 16. ff. ad leg. Cornel. de falſ. Conrad in pract. in titul. de ſtuprat. numer. 6. Boer. deciſ 26. numer. 4. & Foller in pract. crimin. in verſicul. foriudicentur numer. 19. *Baiard.*